
[TRACTATVS SVPER REPETITIONE
LVDOVICI DE ROMA]

Iocundissimum michi est, pater mi reverendissime,
eminentem scienciam vestram in scolastico actu con-
5 spicere, quia licet de profunditate ingenii vestri latitu-
dineque memorie multa in absentia vestra audiverim,
pleraque presens viderim, adhuc tamen plenius atque
uberius in hac scolastica pugna spero videre. Nam etsi
omnes actus sacri concilii studiosi atque scientifici sunt
10 et ingeniorum vires nonnumquam demonstrant, sepe
tamen in illis patres sibi ipsis legem imponunt, ne allega-
cionibus insistant prolixove sermone vagentur. Quo fit
ut nonnulla, que per alios in iure tanguntur, que forsam
iuste armis iurium reffellere possent, silencio preterire
15 permictuntur, ne ostentacioni servire videantur ac pro-
gressum rerum impedian.

Set in huiuscemodi disputacionis campo, qui ad
hoc specialiter deputatus est, congruentissimum iudico,

*TRATADO SOBRE LA REPETICIÓN
DE LVIS DE ROMA*

Me resulta sumamente grato, reverendísimo padre, constatar vuestra eminente sabiduría en este acto académico, pues, aunque ya había oído hablar, en vuestra ausencia, de la profundidad de vuestro ingenio y de la amplitud de vuestra memoria y me había percatado, con vos delante, de otras tantas cosas, ahora albergo la esperanza de comprobarlo en esta disputa académica de forma mucho más completa y cabal. Por más que todas las sesiones de este sacro concilio rezuman saber y altura científica y ponen de relieve de cuando en cuando la fuerza de los intelectos, con frecuencia los padres conciliares se autoimponen la norma de no insistir en las alegaciones ni divagar en prolijas exposiciones. De aquí que se permita relegar al silencio algunas cuestiones que algunos tratan dentro del Derecho y que quizá podrían refutarse con las armas jurídicas, para no dar la impresión de plegarse a la ostentación y no impedir la buena marcha de los asuntos.

Pero en el ámbito de este debate, que ha sido fijado especialmente para esta ocasión, considero del

ut honestis hinc inde iaculis ferientibus nichil omnino
 intactum abire permictatur, set unumquodque ad mar-
 20 tellum positum, quot quirata de lege habeat, argumentorum
 igne conflante cernatur, ut puras et elimatas doctrinas
 a superioribus ingeniis inferiora gratanter assumant.

Quod si michi habunde sufficeret eminentiam
 25 sapientie vestre aliis arguentibus cernere et inde iuxta
 modulum ingenioli mei ex subtilibus doctrinis vestris
 ad erudicionem meam illa que possem recipere, quia
 tamen non semel aut bis set sepe eruditissima dominacio
 30 vestra tam per se ipsam quam per medium aliquorum
 honorabilium virorum michi instanter iniunxit, ut illam
 quibus habundancius possem obiectionibus excitarem,
 monicionibus vestris inductus vestrisque preceptis obe-
 diens, non utique ea temeritate ut dicta vestra diiudicem,
 set ea sedulitate ut aliquid boni discam et celebritatem
 35 nominis vestri procurem latius diffundi, in hanc scolasticam
 palestram, non contendendi set discendi animo ac
 exercicii scolastici causa colluctaturus descendo, quatenus
 meis licet inbecilibus inpugnacionibus dissertissima
 40 prudentia vestra excitata sese in altum recipiens uberiores
 doctrinas diffumdat.

Solent enim equi quantumcumque agiles sunt cal-
 carium stimulis agitati velocius ac formosius currere;
 auxilio ergo divino humillime invocato, omnia per me
 dicenda correctioni emendacioni et ^[fol 279v] determina-
 45 cioni reverendissimorum et reverendorum patrum aliorumque
 eruditissimorum virorum circumstancium ac precipue dominacionis
 vestre, qui cathedram magistralem tenet subiciens, rem iam ipsam
 aggredior.

todo conveniente que, como nos hieren por doquier justos dardos, no se permita que ningún asunto quede sin tocar; antes bien, que todo lo que se ponga bajo el martillo, sean cuales sean los quilates de ley que posea, se acrisole con el fuego vivo de los argumentos para que los ingenios menos dotados obtengan de manera grata las enseñanzas depuradas y cinceladas por ingenios más elevados.

Y aunque podría comprobar sobradamente la superioridad de vuestra sabiduría en los debates de otros y, en función de la pequeñez de mi talento, recibir lo que pudiera para mi enriquecimiento intelectual gracias a vuestras sutiles enseñanzas, a pesar de ello, dado que vuestra eruditísima señoría me ha apremiado no una ni dos veces sino muchas, personalmente y por medio de otros honorables varones, a que lo estimule con mis objeciones, tantas cuantas pueda, me dejo guiar por vuestros consejos, me pliego a vuestros mandatos (aunque no con tanta temeridad que me atreva a juzgar vuestras palabras, sino con un interés tal que pueda aprender algo bueno y me afane a difundir más ampliamente la celebridad de vuestro nombre), y desciendo a esta palestra académica no con la intención de rivalizar, sino de aprender y para batirme en un ejercicio escolar, hasta lograr que vuestra disertísima prudencia, excitada por mis impugnaciones, aunque débiles, se eleve a las alturas y difunda doctrinas mucho más fecundas.

Los caballos, aún cuando sean ágiles, suelen correr más veloces y con más brío cuando son picados con las espuelas; de ese modo, tras invocar humildemente el auxilio divino y someter todo cuanto he de decir a la corrección, enmienda y censura de los reverendísimos y reverendos padres conciliares, de otros eruditísimos varones aquí presentes y, especialmente, de vuestra señoría, que ocupa la cátedra magistral, voy ya al propio asunto.

50 Et capitulum vestrum quod ad hunc actum notabiliter legistis continet duo principaliter. Unum est dispositio, alterum ratio dispositionis.

Primum continet tres articulos, quorum primus est quod gracia facta proprio motu obtinenti aliud beneficium de illo non facta mencione non ob hoc est invalida.

55 Secundus quod gracia facta obtinenti aliud beneficium ad petitionem providendi vel alterius non habita beneficii mencione est subrepticia.

Tercius quod tunc solummodo motu proprio gracia fieri censetur, cum expresse est cautum in eadem.

60 Ratio dispositionis est quia gracia motu proprio ex mera liberalitate pape procedit.

Ultra textum posuistis terdecim notabiles conclusiones sub tenore sequenti.

65 Motus proprius pape inducit dispensacionem circa inhabilitatem persone seu defectum provenientem ex dispositione iuris positivi.

70 Geminatum principis rescriptum habet vim clausule motus proprii, quoad ea per que derogatur rei publice utilitati, non autem quoad ea in quibus tractatur solum de re privata.

75 Clausula motus proprii cum consueta clausula *non obstante* et cetera in favorem sublimis persone, benemerite et per principem dilecte inducit derogacionem privilegiorum quamvis habentium clausulam derogatoriam specialem, etiam si nec in litteris motu proprio emanatis illius fuerit facta mencio.

Motus proprius excludit diligenciam processus et in hoc salvat oppinionem Johannis Andree contra quosdam antiquos et omnes modernos doctores.

El capítulo que habéis leído con notable acierto para esta sesión contiene principalmente dos apartados: uno es la disposición; otro, la razón de esa disposición.

El primero contiene tres artículos. El primero de ellos es que una gracia hecha *motu proprio* al que posee otro beneficio sin hacer mención del mismo no resulta inválida por ello.

El segundo, que una gracia hecha al que posee otro beneficio a petición del que ha de ser proveído o de otra persona sin haber hecho mención del beneficio es subrepticia.

El tercero, que solo se considera que una gracia se ha hecho *motu proprio* cuando se ha dispuesto de manera expresa en la misma.

La razón de esta disposición es que una gracia *motu proprio* procede de la mera liberalidad del papa.

Más allá del texto pusisteis trece notables conclusiones del siguiente tenor.

El *motu proprio* del papa implica una dispensa con relación a la inhabilidad de la persona o por un defecto que provenga de una disposición del derecho positivo.

El rescripto geminado del príncipe tiene la fuerza de una cláusula *motu proprio* en tanto en cuanto aquello por lo que se deroga sea en favor del estado, pero no con relación a aquello en lo que atañe solo a un asunto privado.

La cláusula *motu proprio* con la acostumbrada cláusula *non obstante* etc. a favor de una persona noble, benemérita y apreciada por algún príncipe implica la derogación de los privilegios aún cuando tengan una cláusula derogatoria especial, incluso si no se hubiera hecho mención de aquella en las cartas emanadas con el *motu proprio*.

El *motu proprio* excluye la diligencia del proceso y, en esto, da por buena la opinión de Juan Andrés^[1] contra algunos doctores antiguos y todos los modernos.

[1] El canonista italiano Giovanni Andrea (Juan Andrés), nacido ca. 1270 y muerto en 1348, realizó un extenso comentario al

80 Motus proprius ad inducendos effectus quos habet
a iure requirit regulariter probacionem de eo fieri ex lit-
teris graciae concessae cum per litteras ipsa gracia concedi-
tur, licet etiam probare per os principis.

85 Motus proprius tunc inducit ampliacionem graciae
quando, si non induceret, gracia motu proprio concessa
ipsi cui illa fit, eadem uti volenti preiudicium afferret.

[fol. 280r] Cum invaliditas provisionis pape seu appo-
sicionis manus eiusdem in aliquo beneficio resultat
ex defectu potestatis vel ex defectu veritatis cause per
90 papam in provisione allegato, tunc in ipso casu non tol-
litur facultas providendi ordinario collatori; in 2^o vero
non preiudicatur apostolico expectanti.

95 Cum apposicio manus eiusdem est inutilis alio
ex respectu quam predicto, intelliguntur tamen ligatae
manus ordinarii collatoris et hoc tum intendit providere
non solum persone, set et beneficio; secus si persone tan-
tum, quia tunc alia cadit distinctio.

El *motu proprio*, para provocar los efectos que le corresponden por derecho, requiere que la aprobación de este se haga regladamente por medio de cartas de la gracia concedida, cuando la propia gracia se concede por medio de cartas, aunque también se puede aprobar por la boca del príncipe.

El *motu proprio* conlleva entonces la ampliación de la gracia cuando, si no la conllevase, la gracia concedida *motu proprio* acarrearía a la persona para quien se hace un perjuicio cuando quisiera usar esa misma gracia.

Cuando la invalidez de la provisión del papa o de la *appositio manus* del mismo en algún beneficio es el resultado de un defecto de *potestas* o de un defecto de verdad de la causa alegado por el papa en la provisión, entonces en ese caso en particular no se le quita al colador[2] ordinario la facultad de proveer; en el segundo, con todo, no se perjudica al apostólico expectante.

Cuando la *appositio manus* de ese mismo es inútil por algún aspecto distinto del mencionado, se da a entender que las manos del colador ordinario quedan ligadas y esto va encaminado a hacer una provisión no solo para una persona, sino también para un beneficio[3]; ocurre de manera diferente si solo es para una persona, porque entonces viene al caso otra distinción.

Liber Extra y el *Liber Sextus*, que denominó *Novella* y que sufrió diversas reelaboraciones entre 1336 y 1342.

[2] El colador es el «clérigo que confiere o da la colación de los beneficios eclesiásticos» (DLE).

[3] Aunque la expresión puede resultar extraña, en general se refiere a la posibilidad de que se haga una provisión pensando en una persona a la que se le encomienda un cargo o beneficio eclesiástico (*providere personae de beneficio*) o que, por el contrario, se esté pensando en el beneficio y se le dote de una persona para que lo desempeñe o disfrute (*providere beneficio de persona*).

Beneficia officialium pape reservata intelliguntur
reservata durare etiam si viventes desierint esse oficia-
les. Intelligo tamen de hiis que assecuti sunt tempore
100 durantis officii et in hoc salvo decisionem Rote contra
modernos doctores.

Apposicio comendarii loco prelati non ligat manus
capituli quominus expirante commenda possit eligere.

105 Pro impertinenti

Constitutio quamvis habens decretum irritans non
tamen intelligitur ligare ignorantes nisi hoc specificè
exprimatur in eadem.

Los beneficios reservados de los oficiales del papa se considera que, en calidad de reservados, duran incluso si, estando vivos, han dejado de ser oficiales. Con todo, considero esto con relación a aquellos beneficios que se han obtenido en el tiempo que dura el cargo y en esto salvaguardo la decisión de la Rota contra los doctores modernos.

La *appositio* del comendatario en el lugar del prelado no liga las manos al cabildo para que, expirando la encomienda, pueda elegir.

Pro impertinenti

No se considera que la constitución [4], aunque tenga un *decretum irritans* [5], liga a los ignorantes a no ser que se exprese de manera específica en ella.

[4] En el ámbito del derecho, la ‘constitución’ es una norma emanada directamente del *princeps* como primer ciudadano. Así, el jurista Gayo define la constitución del siguiente modo: «Constitutio principis est, quod imperator decreto vel edicto vel epistula constituit. Nec umquam dubitatum est, quin id legis vicem optineat, cum ipse imperator per legem imperium accipiat». Hay, por tanto, cuatro tipos de constituciones imperiales: *edicta*, *decreta*, *rescripta* y *mandata*. Interesa aquí destacar que los «rescriptos» que aparecen en numerosas ocasiones en el texto se definen como «decisión del papa, de un emperador o de cualquier soberano para resolver una consulta o responder a una petición» (DLE). Para la definición de todos estos términos, puede consultarse también García Garrido 1986.

[5] En el lenguaje jurídico, *irritans* (‘irritante’) significa ‘que anula o invalida’; por lo tanto, un *decretum irritans* es un decreto que invalida. Entre las labores reformadoras del Concilio de Basilea se abordó la necesidad de mejorar la concesión de las prebendas eclesiásticas. Así, el concilio intentó promulgar un decreto, conocido como *decretum irritans*, por el que se podrían anular todos los nombramientos de obispos hechos por Eugenio IV. Esto provocó una serie de discusiones estudiadas por Krämer 1980. Entre los ponentes destacó Juan de Torquemada que se pronunció contra dicho decreto. Véase Alcáin Ugarte 1998, 452; también Madrigal Terrazas 1995, 115-116.

Delegatus principis etiam in curia existens potest
 110 subdelegare.

Causam ad principem remissam, remissione nondum
 presentata, potest ordinarius remittens partibus consen-
 scientibus resumere terminandam, et in hoc reprobatur decisi-
 onem Rote.

115 In omnibus autem hiis et in singulis eorum sem-
 per reverentia debita premissa et sub scolastica libertate
 loquendo videntur tam textus iste quam conclusiones
 falso et inepte procedere, quod per singula discurrendo
 latius explicemus.

120 Et primo contra primum articulum arguitur sic:
 Omnis dispositio quantumcumque favorabilis sit reci-
 pit terminos et limites suos ab intencione disponentis,
 quod patet in triplici specie dispositionis favorabilis,
 videlicet contractus, testamenti et beneficii. Nam licet in
 125 contractibus plena, in testamentis plenior, in beneficiis
 plenissima interpretatio fiat, ut c. *Cum dilectus*, in fine,
De donationibus, in omnibus tamen ista est communis
 regula, ut intencio disponentis attendatur. De contractu
 donationis, etiam si contractum illam vocemus iuxta l. *Si*
 130 *quis emptionis*, in principio, *Codex, De prescriptione XXX*
annorum, certum est, ut patet in eodem, c. *Cum dilectus*.
 De contractibus utro citroque obligatoriis etiam mani-

115 in singulis *S*: singulis *B* 118 false *B* 118 quod per *S*:
 quod et per *B* 128 ut *S*: et *B* 131 in eodem *S*: in *om. B*
 132 contractibus *S*: contractibus uero *B*

126 X 3.24.6. 130 *Cod.* 7.39.8. 131 X 3.24.6.

El delegado del príncipe puede subdelegar también cuando está presente en la curia.

El ordinario puede reasumir una causa remitida al príncipe para concluirla, cuando aún no se ha presentado la remisión, si se la remite con el consentimiento de las partes, y en esto reprueba la decisión de la Rota.

En todos y cada uno de estos apartados, hablando siempre con el debido respeto y bajo el amparo de la libertad académica, da la impresión de que tanto ese texto como las conclusiones se presentan sin fundamento y con poca eficacia. Esto lo expondremos con mucho más detalle analizándolas una a una.

Primero. Contra el primer artículo se arguye así: toda disposición, por favorable que sea, posee unos términos y limitaciones propias a partir de la intención del que dispone, lo que está claro en los tres tipos de disposición favorable, a saber, un contrato, un testamento y un beneficio[6]. Aunque se haga una interpretación plena en un contrato, más plena en los testamentos y absolutamente plena en los beneficios, como en el capítulo *Cum dilectus*[7] en el final, *De donationibus*, en todos ellos existe una regla común: que se atienda a la intención del que dispone. Esto se cumple en el contrato de donación, incluso si llamamos a la donación contrato, según la ley *Si quis emptionis*, en el principio, *Codex, De praescriptione XXX annorum*, según se pone de manifiesto ahí mismo, capítulo *Cum dilectus*. En los contratos obligatorios para una y otra parte también es manifiesto, porque en ellos

[6] Aunque resulta evidente, aquí el término 'beneficio' se refiere al «conjunto de derechos y emolumentos que obtiene un eclesiástico de un oficio o de una fundación o capellanía», según lo define en su sexta acepción el DLE. Aquí incluso podría extenderse también a las prebendas concedidas por un príncipe, como indica un poco más adelante.

[7] En realidad, esta decretal comienza del siguiente modo *Quum dilecti filii*.

festum est, cum in eis potius mens contrahencium quam
 verba actendatur, ^[fol. 280v] ut *Codex, Si quis alteri vel sibi*, l.
 135 *Multum*, post principium et per totum titulum *Plus valere*
quod agitur et in aliis infinitis iuribus.

In dispositione testamentaria, que favorabilior est,
 clarum est quod secundum coniecturam voluntatis testa-
 toris fit interpretatio, ut infinita iura dicuntur, set sufficiat
 140 unum vel duo allegare, ut l. *Si ita scriptum* in principio, ff.
De liberis et postumis. Iurisconsultus in illa questione diffi-
 cili ibi posita ex voluntate testantis presumpta facit deter-
 minacionem. Item iurisconsultus in l. *Labeo* in fine, ff. *De*
suppeletile legata ait: *Prior ac potencior est mens quam vox*
 145 *dicentis*.

In beneficio autem vel indulgentia principis est
 etiam intencio concedentis actendenda, ut *Extra, De*
prebendis, c. fi. et clarius *Sextus, De concessione prebende*,
 c. *Quia cunctis*, in versu, ex parte ibi cum dicit: *Ex quo-*
 150 *rum tenore liquido nosci potest quod talis circa ea fuerit*
intencio concedentis. Et post pauca: *Non enim tunc vide-*
tur esse tribuentis intencio. Et in fine versus dicitur: *Cum*
satis super hoc concedentis intencio cognoscatur.

Ex quibus manifeste patet quod in gracia principis
 155 quantumcumque proprio motu concedatur, intencio
 concedentis est actendenda nec umquam gracia debet
 excedere limites intencionis concedentis. Set constat

139 dicunt *B*140 ut *S*: in *B*141 et *S*: ac *B*149 quorum *S*: quoris *B*155 proprio motu *S*: motu proprio *B*156 actendenda nec *S*: actendenda, ut *Extra, De prebendis*, c. fi. et *B*157 excedere ... Nec enim *om. B*134 *Cod.* 4.50.6.135 *Cod.* 4.22.140 *Dig.* 28.2.13.143 *Dig.* 33.10.7.2.147 *X* 3.5.38.148 *VI* 3.7.1.

se atiende más a la mente de los contratantes que a sus palabras, según *Codex, Si quis alteri vel sibi*, ley *Multum* tras el principio y a lo largo de todo el título *Plus valere quod agitur*[8] y en otras infinitas leyes.

En una disposición testamentaria, que es más favorable, está claro que la interpretación se hace según la conjetura de la voluntad del testador, como expresan un sinfín de leyes, pero basta con alegar una o dos, como la ley *Si ita scriptum* en el principio, *Digestum, De liberis et postumis*. Un jurisconsulto en aquella difícil cuestión allí expuesta toma una determinación a partir de la presunta voluntad del testador. Del mismo modo, un jurisconsulto en la ley *Labeo*, en el final, *Digestum, De suppellectile legata*, dice: *prior ac potentior est mens quam vox dicentis*[9].

En un beneficio o indulgencia de un príncipe, también ha de ser tenida en cuenta la intención del que la concede, como *Extra, De praebendis*, capítulo final, y más claro en *Sextus, De concessione praebendae*, capítulo *Quia cunctis*, en la línea, justo en la parte donde dice: *ex quorum tenore liquido nosci potest quod talis circa ea fuerit intentio concedentis*. Y poco después: *non enim tunc videtur esse tribuentis intentio*. Y en el final de la línea, se dice: *cum satis super hoc concedentis intentio cognoscatur*[10].

De todo ello se colige claramente que en la gracia de un príncipe, por más que se conceda *motu proprio*, hay que tener en cuenta la intención del que la concede y nunca la gracia debe sobrepasar los límites de la intención del que

[8] Se refiere aquí a la conocida máxima jurídica *plus valet quod agitur quam quod simulate concipitur* («vale más lo que se hace que lo que se concibe simuladamente»), que hace referencia a la nulidad del acto jurídico simulado.

[9] «Superior y más poderosa es la mente que la voz del que habla».

[10] «Como se conozca lo bastante a este respecto la intención del que concede».

quod non est intencionis pape quod persone pluribus
 redditibus habundantes per literas apostolicas alios
 160 impediunt, ut in c. *Ad aures, De rescriptis*. Nec enim de
 levi ex certa sciencia pro habente beneficium sufficiens
 super alio beneficio papa scribit, ut c. *Postulasti*, eodem
 titulo.

Ergo quantumcumque proprio motu gracia con-
 165 cedatur, non valet pro obtinente beneficium, quia esset
 contra intencionem concedentis. Et sic primus articulus
 huius dispositionis permaxime, ut declaratur per c. *Si
 Romanus*, eodem titulo, in *Clementinis*, est falsus, cum
 ex eo eliciatur quod gracia extendatur ultra intencionem
 170 concedentis, quod absurdissimum est et contra iura.

Secundo contra eundem articulum arguitur sic.
 Beneficium principis etiam si latissimam interpreta-
 tionem recipiat, ut l. *Beneficium*, ff. *De constitutionibus
 principum*, hoc tamen intelligi solet contra conceden-
 175 tem, set non in preiudicium tercii, quinyimo semper
 intelligitur ne tercio preiudicet, ut ff. *De servitutibus*,
 l. *Servitutes prediorum*, § *Publico* et l. 1 § *Si quis a prin-*

167 premaxime B 176 servitute B

160 X 1.3.8. 162 X 1.3.27. 162 X 1.3.43.
 167 *Clem.* 3.2.4. 173 *Dig.* 1.4.3. 178 *Dig.* 8.1.14.2.

la concede. Mas es evidente que no es propio de la intención del papa que personas que tienen rentas en abundancia obstaculicen a otros por medio de cartas apostólicas, como en el capítulo *Ad aures, De rescriptis*. Pues el papa no escribe de algo leve *ex certa scientia*^[11] a favor de quien tiene un beneficio suficiente además de otro beneficio, según el capítulo *Postulasti*, en el mismo título.

Por tanto, por más que la gracia se conceda *motu proprio*, no tiene validez de cara al que obtiene el beneficio, porque sería contra la intención del que lo concede. Y así el primer artículo de esta disposición es completamente falso, como se declara a través del capítulo *Si Romanus*, en el mismo título, en las *Clementinas*, dado que de él se deduce que la gracia se extiende más allá de la intención del que la concede, lo que es completamente absurdo y va contra las leyes.

Segundo. Contra ese mismo artículo se arguye del siguiente modo: el *beneficium principis*, aún en el caso de recibir una interpretación amplísima, según la ley *Beneficium, Digestum, De constitutionibus principum*, suele interpretarse contra el que lo concede, pero no en perjuicio de un tercero; antes bien, siempre se interpreta de forma que no perjudique a un tercero, como *Digestum, De servitutibus, ley Servitutes praediorum § Publico*,

[11] Se refiere aquí a la cláusula *ex certa scientia*, conocida también como ‘confirmación’ y, más en concreto, se refiere al tipo conocido como ‘confirmación específica’, por la que se pretende dar validez (confirmar) un acto en principio inválido. Así, se puede hablar de dos tipos de *confirmationes*: la *confirmatio in forma communi* y la *confirmatio ex certa scientia*. Véase Gómez-Iglesias 1984, 11: «La confirmación específica o *ex certa scientia* es la *corroboratio* hecha por el Príncipe de un acto o instrumento de un inferior o antecesor, pensadas y consideradas todas sus circunstancias; y, consiguientemente, con perfecto conocimiento de sus cualidades». A partir de esta definición, en el caso de que el acto o instrumento fuera inválido, la confirmación *ex certa scientia* del papa lo vuelve válido.

cipe, ff. *Ne quid in loco publico facit*, c. *Constitutus*, *Extra*,
De rescriptis.

180 Set certum est quod vertitur in preiudicium ecclesia-
rum in quibus quis beneficiatus existit, si in alia ecclesia
ei provideatur, cum in favore ecclesiarum constitutum
sit, ut ^[fol. 281r] clerici in eis per se resideant et per conse-
quens preiudicium eis generatur, si ab earum residencia
185 per novam provisionem abstrahantur, ut c. *Relatum* et
c. *Inter quatuor*, *De clericis non residentibus* et *De preben-
dis*, c. *Cum non ignores*.

Item in preiudicium episcopi in cuius diocese est
beneficiatus, cum sine eius licencia ad aliam diocesim
190 transire non debet, ut c. fi. *De clericis non residentibus*.

Item in preiudicium collatoris ordinarii cuius col-
lacio impeditur. Ergo cum non solum in preiudicium
unius, set etiam plurium redundant, sequitur quod
quantumcumque proprio motu fiat, non valet gracia
195 facta aliud beneficium habenti nisi de eo fiat mencio,
quia redundaret in preiudicium plurium, quod iura
abhorrent.

Tercio contra eundem articulum sic. Cum ius
generaliter disponit, generaliter est intelligendum, ut
200 in iuribus vulgaribus, ff. *De publiciana*, l. *De precio* cum
similibus et *Extra*, *De decimis*, c. *Ad audientiam*. Et non
assummo istam maiorem propositionem per modum
brocardici generalis, set specialiter, ut hec regula intelli-
gitur, videlicet, quod lex generaliter loquens generaliter
205 est intelligenda, nisi alia lege vel racione limitetur vel
distingatur. Et sic intelligitur l. *De precio*.

187 non *om. B* 203 set *om. B*

178 *Dig.* 43.8.2.16 178 X 1.3.19. 185 X 3.4.4.
186 X 3.4.10. 186 X 3.5.15. 190 X 3.4.17.
200 *Dig.* 6.2.8. 201 X 3.30.12.

y la ley 1 § *Si quis a principe, Digestum, Ne quid in loco publico facit*; capítulo *Constitutus, Extra, De rescriptis*.

Pero es cierto que se vuelve en perjuicio de las iglesias en las que hay algún beneficiado en el caso de que reciba una provisión en otra iglesia, a pesar de que esto se ha establecido a favor de las iglesias para que los clérigos residan en ellas *per se* y, en consecuencia, se les genera un perjuicio si se les aparta de residir en ellas por una nueva provisión, según el capítulo *Relatum* y el capítulo *Inter quattuor, De clericis non residentibus* y *De praebendis*, capítulo *Cum non ignores*.

De igual modo, va en perjuicio del obispo en cuya diócesis hay un beneficiado cuando no debe pasar a otra diócesis sin su licencia, según el capítulo final, *De clericis non residentibus*.

De igual modo, va en perjuicio del colador ordinario cuya colación se impide. Por lo tanto, cuando redunde no solo en perjuicio de una sola persona, sino en perjuicio de muchos, se sigue que, por más que se haga *motu proprio*, la gracia otorgada al que tiene otro beneficio no tiene validez a no ser que se haga mención del mismo, porque redundaría en perjuicio de muchos, algo que todas las leyes aborrecen.

Tercero. Contra el mismo artículo se argumenta del siguiente modo: cuando una ley dispone de manera general, ha de ser interpretada de manera general, como en las leyes vulgares, *Digestum, De publiciana*, ley *De precio*, con otras semejantes, y *Extra, De decimis*, capítulo *Ad audientiam*. Y no asumo esta proposición mayor al modo de un brocardo general, sino de manera específica, según se interpreta esta regla, es decir, que la ley que habla de manera general es preciso interpretarla de manera general, a no ser que se vea limitada o sea precisada por alguna otra ley o razón. Y así se interpreta la ley *De precio*.

Set ius generaliter et indistincte disponit mandatum apostolicum de providendo illi qui aliud beneficium habet unde potest commode sustentari non esse executioni mandandum, *Extra, De prebendis, c. Cum teneamur* nec alia ratione vel textu limitatur, circa quod advertendum est quod, ut consuevit fieri in studiis Yspanie et, ut credo, sic est in aliis regionibus, quia valde rationabile est quod, quando aliqua lex vel decretalis repetitur, iam ille textus ponitur in contencione. Ideo quando repetens solvit argumenta, non debet solvere per textum illum, quia ille est qui impugnatur et contra illum arguitur, set debet defendere illum per alia iura et rationes nisi expresse appareat quod vult corrigere iura antiqua, ut infra dicitur.

Cum ergo non appareat aliquis alius textus qui hoc dicat, sequitur quod sive proprio motu sive ad supplicationem gracia fiat, numquam valet nisi primi beneficii, de quo commode poterat sustentari mencio in litteris habeatur.

Quarto contra eundem. Certum est quod quantumcumque papa scribat proprio motu, numquam vult providere indigno, cum nichil sit quod Ecclesie Dei magis officiat quam quod indigni assummantur prelati ad regimen animarum, ut *c. Nichil in principio, De electione*. Quod etiam iddem inteligendum est in aliis beneficiis, nam licet in prelaturis requiratur maior ydoneitas, in omnibus tamen beneficiis requiritur quod sit ydoneus, ut *Extra, Cum in cunctis, in principio, De electione*. Set habens beneficium sufficiens non reputatur dignus ad

212 Yspanie *S*: in Spanie *B* 214 quod *S*: ut quando *B*
 222 sive *S*: sine *B* 223 commode poterat *S*: poterat quommode *B*
 232 prelativis *B*